



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

D. Dominici Carthusiani exhortatio ad pœnitentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

D. DOMINICI CAR-

thusiani exhortatio ad pœni-
tentiam.

Homo Dei creatura, Cur in carne moritu-
ra Est tam parua tibi cura De æterna glo-
ria? ¶ Illa quanta sit si scires, Præter eam
nil sitires, Nec mūdāna sic ambires Vana transi-
toria. ¶ Et si pœnas infernales Agnouisses, quæ
& quales, Tuos utiq; carnales Apperitus frāgē-
res. ¶ Et innumera peccata, Dicta, facta, cogita-
ta, Mēte tota consternata Merito deplangeres.
¶ Tot sunt gaudia sanctorum, Tot tormenta re-
proborū, Quod immanitas amborū Nullo sen-
su capitur. ¶ Donec anima post mortē, Aut bo-
norum sumat sortem, Aut malorū ad cohortem
Improuise rapitur. ¶ Quādo caro sepelitur, Heu
de spiritu nil scitur, Vtrū gaudet an punitur, Nō
fit magna mentio. ¶ Luctus quidem simulatur,
Sed substantia vastatur, In propinquos genera-
tur Zelus & contentio. ¶ Mors est bonis, Mors
est malis, Sed sors nimis inæqualis, Subinfertur æ-
ternalis Vitæ vel interitus. ¶ Exequiæ si celebrā-
tur, Si vel noti conuiuuntur, Nil defuncto suffra-
gantur, Si sit factus reprobus. ¶ Nullum tempus
pœnitēdi, Mora nulla reuertendi, Neq; locus fu-
giēdi Miseris supererit. ¶ Si vis sursum, detrahe-
ris, De abyssis extraheris, Iudici vt præsenderis,
Nec quicquā intererit. ¶ Si non Iesum dilexisti,
Nec Marię seruiuisti, Nec patronū quęsiuisti Ti-
bi in subsidiū. ¶ Quis orabit pro delicto? Quis
spondebit pro cōuicto? Quis iudicio tam stricto
Fiet in præsidium? ¶ Pacis angeli astabūt, Sicut
scriptum est, plorabunt, Iustam tamen approba-
bunt

bunt Iudicis sententiam. ¶ Et quod sonat magis
dure, Omnes Dei creaturæ Aggrauabunt iusto
iure Ream conscientiam. ¶ Sed hæc factis ex sce
lestis Est suipſius testis, Nullam iudicis in gestis
Intuens iniuriam. ¶ Tunc horrendi hinc torto
res Tot incutiunt terrores, Vt iam sentiens do
lores Vertatur in furiam. ¶ Tunc a bonis repro
bata In seipsa desperata Anima sic desolata In
profundum mergitur. ¶ Vbi chaos hoc firma
tur Quod nunquam egrediatur, Sicut Abraham
testatur Huc illinc non pergitur. ¶ O quæ lin
gua vel narrare, Vel quis sensus cogitare, Quis
vel audet numerare Mala multiplicia. ¶ Quæ
damnandis sunt parata, Et diuersis deputata Pro
ut singula peccata Exigunt & vitia. ¶ Sic nec
auris hic audiuit, Nec videre quisquam sciuit,
Solutus qui in cœlis viuit Scit experiētia. ¶ Quid
a malis liberati Et in gloria locati Ipsi possidēt
beati In Christi præsentia. ¶ Licet quiddam
mundæ mentes Inde gustent hic viuentes, Ta
men quid sit nescientes Sunt quod fide viderint.
¶ Carne donec sint exuta Cœlos intrent impol
lute, Clare vident & tute, Quod ante credide
rint. ¶ Vbi cōditoris sui Vultu semper possunt
frui, Felix prorsus illa, cui Visio conceditur. ¶ A
qua nunq̄ separetur, Sed perpetuo lætetur, V
bi mali nil timetur, Nec quis ibi læditur. ¶ Il
lic angelorum chori Sancti facie decori, Viue
re & nunquam mori, Mortis nec memoria. ¶ In
æternum sed gaudere, Summo bono inhærere,
Cuncta bona possidere In æterna gloria. ¶ Sed
his paucis propalatis Partim tactis & narratis,
Quæ vel sanctis, vel damnatis Preparata legi
mus. ¶ Iam prudentius agamus, Bona nobis e
ligamus, In hoc mundo desicemus Mala, quæ
pere-

peregimus. ¶ Non viuamus vt iumenta, Ne
post mortem ad tormenta Veniamus ad lamen-
ta Intolerabilia. ¶ Modo veniam precemur,
Mortem Christi veneremur, Ad superna præ-
paremur Desiderabilia. ¶ Ecce mundus eua-
nescit, Decor eius iam decreuit Et quotidie vs-
tescit Fallax eius gloria. ¶ Quæ demergit ad in-
ferna, Ergo gloria superna, Vita nobis sempi-
terna, Iugis sit memoria. ¶ Vt defuncti suble-
uemur, Cum cœlestibus lætemur, Et in Deo
glorietur Summe delectabili. ¶ Qui solus glo-
rificandus, Est amandus, & optandus, Laude-
que magnificandus Est interminabili. ¶ Quem
ordines angelorum, Chori laudant & sancto-
rum Animæque beatorum, Mundæ plus quam
specula. ¶ Ipsum & nos gratiosum Collaude-
mus speciosum Regnantemque gloriosum Per
æterna secula, Amen.

b ij EX